

est Davidi per filium de victoriâ contra Adazer supra cap. 8. Sic Babylonis rex Merodach per legatos Ezechiae de restituta valetudine gratulatus est, Isaia cap. 39. Quod usque adeo usitatum atque legitimum fuit, ut consultandum ante victoriam dixerit Isaia, cap. 44, quid respondendum sit gentium legatis, qui gratulatum venerint de victoriâ. Hoc igitur officium non putavit sibi prætermittendum esse David, sed suum in morte Naaz dolorem per viros ex suis non infimos Hanoni filio significavit.

VERS. 5. — DIXERUNT PRINCIPES FILIORUM AMMON AD HANON DOMINUM SUUM: PUTAS QUOD PROPTER HONOREM PATRIS TUI MISERIT DAVID CONSOLATORES? Misera vocatur terra cujus rex puer est, Eccles. cap. 10, v. 16, quia ipse utpote multarum rerum ignarus, quarum scientiam affert usus et experientia, facile aliorum consiliis abducitur. Regum autem consiliarii, cum ex suo sensu alios fingant et judicent, neque tam quid rei expediat publicæ spectent, quam quid ad privata faciat commoda, ex quo rerum honestatem et utilitatem metiuntur, fit ut dum suam captant utilitatem, publicam prodant atque contemnant. Sic sanè expertus didicerat Assuerus, Esther cap. 16, v. 6, dum docet, improborum hominum consiliis, qui principum abutuntur simplicitate, gravia respublicas subisse detrimenta: *Dum aures, inquit, principum simplices, et ex sua natura alios æstimantes callidâ fraude decipiunt.* Expertus est hoc Roboam, qui dum aures dat consiliariis, quales reges pueri audire solent libentius, optimam regni partem temerarius amisit. Testis est Hanon, qui dum aliis se facilem et credulum præbet, violato gentium jure, et legatis regis per ludibrium inhonestè tractatis, seipsum et regnum penè perdidit. Cum enim regii legati officiosum ad Hanonem mandatum attulissent, persuaserunt adolescenti, qui illi à consiliis aderant, insidiosum illud esse artificium hostis, non amici benevolentis officium: neque aliud agere per legatos, imò verius per exploratores Davidem, quam ut terram Ammonitidem penitus dispicerent, ac viderent quid in eâ regione apertum esset, vel munitum, quaque inferri possent castra commodius. Hoc autem artificium frequens tunc esse et antiquum in Hebræorum populo, suadet quòd supra cap. 3, vers. 23, hoc ipsum de Abner Davidi voluit persuadere Joab. Et Genes. 42, vers. 9, Joseph ex eo, quod erat usu frequens, hoc ipsum fratribus crimen insidiosum objecit. Quibus cum

fidem habuisset, tam ingenio stupidus, quam facile credulus adolescens, pro tam pio benevolentiae et commiserationis officio, insignem retulit ignominiam.

VERS. 4. — TULIT ITAQUE HANON SERVOS DAVID, RASITQUE DIMIDIAM PARTEM BARBÆ EORUM (1). Sanè

(1) Alleg. Hanon repræsentat Judæos, qui Christi in passione genas vulserunt, Isaia 50, 6.

Tropol. Hanon est diabolus, qui subinde benefacere volentibus, barbam abradit, id est, fortitudinem adimit: barba enim virilitatis et fortitudinis est symbolum. Audi Eucherium: « Sicut Hanon, ita et diabolus princeps hujus mundi, plerosque religiosos et prædicantes per subrepentia vitia deturpare consuevit. Qui dum eorum latentia mala, in aperta et flagitiosa perpetrataque luxuria detegit, quasi eorum indumenta usque ad nates abscissa, nudos à dignitate castitatis derelinquit, et in oculis hominum turpia facta, quæ ipse persuaserat, revelat. Et dum pristinum eorum fortitudinem eripit, velut barbam radit. Quos tamen verus David, Dominus scilicet et Salvator noster, clementi respectu, per penitentiam, ab indulgentiâ non excludit; quos et in Jericho, hoc est, sub anathemate penitentiae, et opprobrio meliorum residere jubet; donec sacramenta spiritualia, et fortitudinem mentis, quam peccato perdididerant, satisfacendo recipiant, et sic demum in conspectu ejus stare valeant. » Hæc omnia ad verbum ex Eucherio (verius Beda) transcripsit Angelomus, qui et addit: « Sed Christus vindicat suorum injuriam, cum non solum adversarios suos, nunc per sanctorum suorum victoriam confundit, sed etiam in extremo judicio per justam sententiam, perpetuis ignibus cruciandos tradet. » (Corn. à Lap.)

*Hanon donc fit prendre les serviteurs de David, leur fit raser la moitié de la barbe, et leur fit couper la moitié de leurs habits. Il est dangereux d'être en une place où la seule sagesse doit présider, et d'avoir en même temps si peu de lumière et de raison, que l'on prenne sa fantaisie pour l'unique règle de sa conduite, et des conjectures frivoles pour des vérités indubitables. Mais ceci est encore bien plus dangereux, lorsque des pensées vaines sont suivies d'outrages effectifs, et que l'on est aussi insolent dans l'action, que l'on a été aveugle et précipité dans les conseils.*

La personne des ambassadeurs a toujours été sacrée. On ne les peut blesser sans violer le droit de toutes les nations. Quand même ils porteraient une parole qui serait fâcheuse en elle même, on doit néanmoins respecter en eux le souverain dont ils ne sont que la voix et les interprètes. Mais, dans cette rencontre, non seulement il ne se trouve rien d'offensant, mais au contraire c'est un grand roi qui en prévient un autre par une déférence d'honneur. Quand même on aurait pu douter si les témoignages de son amitié étaient sincères, on aurait dû néanmoins les recevoir avec respect, et éprouver dans la suite si les paroles seraient suivies des effets. Mais on oublie en cette occasion tout ce que la prudence devait conseiller,

verum est, quod in Romanis Problem. q. 15, docet Plutarchus, in luctu et funere illa adhiberi solita, quæ alibi molesta et indecora judicantur. Quare qui in pacatâ lætæque fortunâ candidis utuntur vestibus, illi iidem in luctu atrati incedunt, sicut faciunt Romani. Alii contra vestes assumunt candidas in funere, quibus erant in honore nigræ. Alii barbam crinesque in luctu crescere sinunt, quæ in lætiore statu atque fortunâ detondent. Alii promissam comam et barbam in honore gestant atque lætitiâ; in fortunâ tristi ad cutim usque radunt. Denique quod in luctu fit, ita videtur à politiori cultu alienum, ut qui in luctu sunt, illi etiam dicantur in squalore ac sordibus jacere. Quare quæ in luctu et funere honesta sunt, eadem aliis locis atque temporibus indecora judicantur et sordida. Deponebant è gentilibus plurimi in suorum funere cæsariem et barbam; quales fuere Ægyptii, de quibus Herodotus lib. 2, et Assyrii, de quibus Strabo lib. 16. Quod in funere Germanici fecisse barbaros quosdam tradit Suetonius in Caligulâ cap. 5. Sed illi iidem in detonsâ barbâ, aut ab aliis quoquo modo vulsâ, vel tractatâ ab alienâ manu, sic ferebant molestè, ut in eo summam putarent ignominiam et intolerabile ludibrium. Unde apud illos frequens et proverbiale, *barbam vellere*, et similia, pro subsannare, illudere, et eum tandem in modum accipere, quo accipiuntur illi in quibus nihil est mentis, nihil pudoris. Sic Horatius lib. 1, satyrâ 3:

*Vellunt tibi barbam*

*Lascivi pueri.*

Persius in satyris:

*Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam*

*Jupiter.*

Hinc etiam illud: *Leoni mortuo barbam vellere*; id est, insultare, et illo ludibrii genere insectari, quo nihil est turpius. Hoc convicium tulit Christus ab insanâ et barbarâ Judæorum turbâ; de quo Isaia cap. 50, v. 6: *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus.* Raserant in dolore barbam Sichimitæ, cum parentare vellent Jerosolymæ à Chaldæis eversæ, Jerem. cap. 41, v. 7. Hoc ipsum minatur Isaia Moab cap. 15, v. 2, et Jeremias cap. 48, v. 37. Denique hoc luctuosum est et triste, et nisi in dolore ac funere voluntariè susceptum, ignominia plenum. Apud Hispanos summa ignominia et l'ou traite les ministres de l'autorité royale avec des insultes que l'on ne voudrait pas faire aux derniers des hommes. (Sacy.)

minix loco ponebatur, si quis hostis sui barbam apprehendisset; quare in minis hoc quondam in hostes jactabatur. Et Alexander, ne hoc Macedonibus accideret, jubebat ut milites prælium inituri barbam raderent. Itâ Plutarchus in Apophthegm. Alexandri.

Est quidem durum et ignominiosum, barbam alicujus per ludibrium aut radere, aut vellere; sed est multò ad ignominiam gravius, et ad pudorem acerbius, eam in facie aut barbâ speciem relinquere, ut aliis sit prorsus irridendus, quemque ideò lascivi pueri conviciis exagitant jocularibus et lapidibus appetant. Tales omnino videbantur legati illi Davidis, viri utique honesti, cum dimidiam habuere barbam crasam; novum sanè spectaculum, et ejusmodi, ut pueris opportunos præberet ludos, et otiosorum hominum turbam ad sannas et cachinnos excitaret. In lib. 1 Paralip. cap. 19, dicuntur etiam hi nuntii decalvati, quod novum fuit irrisionis genus; et ut dimidia tantum barba rasa fuit, sic etiam existimo dimidium quoque caput fuisse ad cutim quoque detonsum. Cur autem hanc potius Ammonitæ Hebræis, quam alia irrogarint injuriam, hanc causam esse suspicor, quia hoc tempore (nam de posterioribus seculis alia ratio, in quibus multa Hebræorum populo ex moribus adhæsere gentilicis), Israelitæ illud horrebant tanquam impium, quod gentibus erat usu frequens, maxime in luctu ac funere, nempe tondere caput aut barbam radere, quia id didicerant Levit. 19, v. 27: *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Quod præcipuè servandum esse sacerdotibus dicitur Levit. cap. 21, v. 5: *Non radent caput, neque barbam, neque in carnis suis facient incisuras.* Cum igitur hunc habitum tanquam à lege prohibitum abominarentur tunc temporis Hebræi, probroque ducerent, imò et prodigio simile putarent, cum deformato capite ac facie suorum oculos subire, quod non ignorabant Ammonitæ, ideò eam legatis irrogarunt plagam, quam majus videbant apud suos habituram dedecus. Quod ne legati subirent apud suos, monuit David, ut tandiù subsisterent in Jericho, donec cresceret barba, ne deformatâ facie et ipsi pudeferent, et alios afficerent mœrore.

ET PRÆCIDIT VESTES EORUM MEDIAS USQUE AD NATES. Lib. 1 Paral. cap. 19: *Præcidit tunicas eorum à natibus usque ad pedes.* Novum ignominia genus, et fortassè gravius quam raso capite et dimidiatâ barbâ deformari faciem. Quod ut appareat esse verum, observo, quod etiam



notavit Lyra, et à me pluribus probatum est ad illud Cant. 5: *Crura illius columnæ marmoreæ*, Hebræis nullum esse fœmoralium usum, nisi sacerdotibus, cum operam darent sacrificiis atque altari; ne fortè dum cum victimis luctantur, reductâ laciâ, et sublatâ tunicâ, illorum appareret turpitudine. Reliqui nullum habebant tegumentum, quo partes illas proximè velarent, quas naturalis pudor maximè voluit ab aliorum oculis submovere. Quare necesse erat, si à natibus ad pedes usque vestes essent ab omni parte præcisæ, ut illa spectanda proponerentur aliorum oculis, quæ nudari horret ingenuus pudor et honestatis amor. Quam ignominiam pertulerunt, quamdiu fuerunt apud Ammonitas, in regiâ saltem urbe et totius regni primâ sede, ubi satis et puerili turbæ, et aulicæ nobilitati, et toti denique multitudini fuere ridiculi. Ita putat Lyra et Abulensis q. 4. Dionysius et Hugo.

Hic libet adhibere regulam, quam tradidit Rab. David in radice *aphah*, quæ sanè vera est, et ad hunc locum non importuna, nempe rem interdum denominari non ab eo quod est, sed à fine, aut ab eo quod futurum est. Isaïa 47, v. 7: *Tolle molam, et mole farinam*; non farina molitur, sed granum, unde farina fit. Job. 22, v. 6: *Nudos spoliasti vestibus*; id est, spoliasti vestitos homines, ita ut relinqueres nudos. Dan. 2, v. 21: *Dat sapientiam sapientibus*; id est, rudibus, ut fiant sapientes. Deut. 17, v. 6, ubi Vulgatus: *In ore duorum vel trium testium peribit, qui interficietur*; Hebræicè: *Occidetur mortuus*; id est, occidetur, ut sit mortuus. Sic ergo nunc vestes mediæ dicuntur esse præcisæ, quia id ex præcisione consecutum est, ut tantum pars esset mediæ ex vestibus relicta.

VERS. 5. — MANETE IN JERICO, DONEC CRESCAT BARBA VESTRA (1). Docuerunt legati per tabellarios, ut dicitur 1 Paralip. cap. 19, quid passi fuissent ab Ammonitis; neque enim ipsi facie adeò indecenter deturpatâ venire in suorum conspectum ausi sunt. Qui jussi sunt manere in loco, qui non procul aberat à Jerosolymâ, donec adultâ barbâ sine pudore possent in patriam remigrare. Ex quo intelligimus, ignominiosum esse Israelitis barbam habere nudam à naturali vestitu, nisi fortè in dolore ac luctu, quando inhonestum facit familiaris et quasi legitima populi consuetudo. Nam si tota turpi-

(1) Jericho igitur invitis minis dirisque ab Josue pronuntiatis restituta fuerat: seu poliùs condita stabat alia eodem in agro, ac propè eum locum ubi olim vêtus surgebat.

(Calmet.)

tudo foret in dimidiatâ barbâ, facilè sublatâ parte, quæ supererat intacta, tolleretur illa tota deformitas, neque necesse esset spectare, donec crescente barbâ ad deformatam faciem honestas rediret.

VERS. 6. — VIDENTES AUTEM FILII AMMON, QUOD INJURIAM FECISSENT DAVID, MISERUNT ET CONDUXERUNT MERCEDE SYRUM (1). In lib. 1 Paralip. cap. 19, conductum esse dicitur externum auxilium tam ab Hanone, quàm à tolo populo: quam ad rem mille argenti talenta collecta sunt; auxiliares autem copiæ ex variis Syriæ provinciis evocatae fuerunt. Nam Syria, ut alio loco diximus, latissimè patet. Vide Melam lib. 4, cap. 11. Reliqua ad finem usque capituli obscura non sunt. Tantum enim habemus sic acies suas instruxisse Ammonitas, ut conductum militem ex Syriâ in campum producerent et apertum locum; patrium verò exercitum ad portam civitatis considerare jusserint, ibique inimicorum appulsum expectare: qui tamen omnes aut cæsi, aut in fugam conversi; illi ab Abisai fratre Joab, hi ab ipso Joab principe Israeliticæ militiæ. Cum autem Syri, quod non putarant, tam gravem ab Hebræis accepissent plagam, quam consecuta fuerat, ut apparet, Syrii nominis apud alios populos non levis ignominia, enitendum sibi existimârunt, ut fœdam illam notam à suo nomine depellerent. Quare majores undecumque conscribunt copias, et illas in Hebræos recenti victoriâ exultantes invehunt. Sed non meliori, quàm ante successu. Transmisit enim Jordanem David, excepitque hostem usque adeò alacriter et fortiter, ut eadem illius ediderit maximam, et vires eò usque plus satis insolentes attriverit. Alii porrò reges, qui Adarezer, qui in repetendo bello princeps et auctor fuerat, aut subditi erant, aut fœderati, ingenti pavore concussi fugerunt primùm ex acie, et deinde societatem cum Davide, et fœdus inierunt, neque Ammonitis ultra Syri præbuerunt auxilium.

Illud hic observandum, expediendumque, quod in totâ hâc narratione videtur implexum. Nam v. 18, ubi nos legimus: *Fugeruntque Syri à facie Israel, et occidit David de Syris septin-*

(1) SYRUM ROHOB. ET SYRUM SOBA. SYRORUM Rohob metropolis erat Rohob, sita ad extremam oram vallis inter Libanum et Antilibanum. Syri Soba parebant Adarezero.

MAACHA, regio erat circa montem Hermon, trans Jordanem, in Trachonitide.

ISTOB. Nota est in montibus Galaad regio Tob, quò Jephthe sese recepit; quæ pariter regio Tubin appellatur in 1 Machab. v. 13.

(Calmet.)

gentos currus, in lib. 1 Paralip. cap. 19, v. 18, legimus: *Interfecit David de Syris septem millia currum*. Sed est solutio non difficilis, juxta ea quæ diximus cap. 8, ad v. 4. Nam hoc loco currus tantum numerantur, qui fuerunt septingenti; in lib. Paralip. milites qui vehebantur in curribus, qui fuerunt septem millia. Dicuntur autem *currus*, qui in curribus vehuntur, per metonymiam, quæ in re continenti rem contentam intelligit; et contra per eundem tropum in iis qui vehuntur curribus, *currus* significantur, quia non rarò res continens in re significatur contentâ.

Illud difficilior, quia in hoc capite quadraginta equitum millia dicuntur occisa; in libro tamen Paralip. illa quadraginta millia peditum esse dicuntur. Sed est dicendum, juxta illa, quæ supra, cap. 8, observata sunt, neque in libro Regum, neque in libro Paralipomenon omnia fuisse numerata. Aliquid enim omissum est in libro Regum, quod addidit liber Paralipomenon; cujus id est præcipuum, juxta sui nominis notationem, ut ommissa adjiciat; quare addidit *peditum quadraginta millia*, quod omiserat in libris Regum historia sacra; neque equitum meminit, quia de illorum numero in libris Regum disertis verbis actum videbat. Quare in eo bello ceciderunt septem hominum millia, qui in septingentis vehebantur curribus, et insuper quadraginta equitum, et totidem peditum millia. Quare in eo congressu ex Syrorum castris octoginta et septem millia desjerata sunt. Alii alias afferunt solutiones, quas omitto, quia impeditæ sunt, et non admodum faciunt ad textum. (1)

(1) VERS. 8. — DIREXERUNT ACIEM ANTE IPSUM INTROITUM PORTE URBS MEDABÆ, ubi prælium commissum est. E re suâ esse non duxerunt Ammonitæ, sive obsidionem expectare, sive in apertum venire, sed aciem sub ipsis mœnibus instruxere. Legimus in Paralipomenis, præter ea triginta tria millia, de quibus supra v. 6, et copias ex Ammonitis ejus regionis collectas, ex auxiliariis è regione transeuphratæ accitis, hellicorum curuum triginta duo millia accessisse. (Calmet.)

VERS. 11. — Joab dit à Abisai: *Si les Syriens ont de l'avantage sur moi, vous viendrez à mon secours, et si les Ammonites en ont sur vous, je viendrai vous secourir*. Joab est ici l'image de deux sortes de personnes bien différentes. Si nous considérons sa conduite extérieure, et ces belles paroles qu'il dit à son frère, il est l'image des âmes les plus humbles et des plus grands saints: *Agissez*, dit-il, *en homme de cœur, et combattons pour notre peuple et pour la cité de notre Dieu; et le Seigneur ordonnera de tout comme il lui plaira*. C'est là l'excellent avis que les saints docteurs nous ont donné si souvent.

Travaillons pour Dieu, disent-ils, avec toute l'application de notre esprit et de notre cœur, comme si tout dépendait de nous, et en même temps implorons sa grâce, comme étant très-persuadés que nous ne sommes qu'impuisance et que péché; que c'est Dieu qui nous donne et la volonté et l'action, et qu'il est seul toute notre force. Mais si nous considérons l'intention de Joab et le secret motif qui le fait agir, il peut être l'image de ceux qui font des actions éclatantes pour Dieu, et dont le cœur néanmoins n'est point droit devant ses yeux. Car on peut dire de lui qu'il parle et qu'il agit en cette rencontre comme David lui-même aurait pu faire. Rien n'est plus ferme que son cœur, ni plus respectueux envers Dieu que ses sentiments et ses paroles. Et néanmoins nous voyons, par le meurtre d'Abner, que son ambition lui a déjà fait commettre, et par celui d'Amasa, qu'il assassina dans la suite de cette histoire, que c'était un homme plein du monde et de lui-même, et qu'il ne cherchait qu'à satisfaire son ambition dans cette générosité avec laquelle il soutenait l'éclat de sa charge. Car il était proprement de ces Juifs dont parle saint Augustin, qui ne donnaient à Dieu que le dehors et les apparences, et qui dans la vérité ne travaillaient que pour contenter la passion dont ils étaient possédés, qui était le premier objet et comme l'idole de leur cœur.

C'est ainsi que Dieu se sert des pasteurs mercenaires, comme les saints nous l'enseignent. Ils usent mal pour eux-mêmes des dons qu'ils ont recus, mais Dieu se sert d'eux très-utilement. Il les destine, ou pour combattre les ennemis de son Eglise, ou pour nourrir ses enfants de sa vérité; mais, par un malheur qu'on ne peut assez déplorer, comme ils ne cherchent que leur propres intérêts, et non ceux de Jésus-Christ, ils se blessent par les mêmes armes dont ils combattent pour le service de Dieu, et ils se perdent eux-mêmes en contribuant au salut des autres. (Sacy.)

VERS. 16. — MISIT ADAREZER. ET EDUXIT SYROS, QUI ERANT TRANS FLUVIUM, EUPHRATEM. Profligatus Adarezer superatusque à Davide, ut supra 8, 5, narratum est, neque audens in apertum fœdus cum Ammonitis venire, misit clam legatos in Mesopotamiam cum legatis regis Ammonitarum, qui copias auxiliares pretio conducerent, quibus Sobachum legionum suarum imperatorem præfecit. Cum autem validissima essent auxilia, ipse per se David exercitûs sui imperium exercere statuit. Vide 1 Paralipom. 18, 16.

VERS. 17. — DAVID TRANSIVIT JORDANEM, VENITQUE IN HELAM. Urbis hujus situs non satis est exploratus. Meminit Ptolomæus *Alamata* in Syriâ ad Euphratem, quod cum hâc Helam satis congruit. Vertunt alii Hebræum: *Venit ad exercitum eorum*; sed mendum esse amanuensium meritò reputamus. Vide 1 Paralip. 19, 7. Vertendum autem malumus: *Venit ad aggrediendum illos*, pro: *Venit in Helam, legentes in Hebræo: In Lehem, pro in Helam*.

VERS. 19. — VIDENTES UNIVERSI REGES, QUI ERANT IN PRÆSIDIO ADAREZER. Hebræus, Chaldæus et Septuaginta: *Reges servi Adarezer, videntes quia ceciderunt ante Israel, et confugerunt ad Israel, et servierunt eis*. Reges hujusmodi,